

ἐκκλησίᾳ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ὁμογνωμονῶν, οὐκ Ἀριστοτέλης. πολλὰ δέ γε ἐνὸν περὶ τούτου ἅτε μεγίστου τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων ὄντος ἔκ τε τοῦ αὐτοῦ Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ἐξηγησαμένων αὐτὸν ἔκ τε Πλάτωνος καὶ τῶν Πλατωνικῶν εἰπεῖν εἰς ταῦτο φέροντα, ἀρκείτω καὶ ταῦτα. οὐ γὰρ πάντα ἡμῖν ἐκθεῖναι σκοπός — ἢ γὰρ ἂν μακρότατος ὁ λόγος ἐγίγνετο, **6**
V58^v οὐ τούναντίον προὔθεμεθα — ἀλλ' ὅσον τοὺς ἀκροατὰς ἀρχῶν τινῶν λαβο-
 μένους τᾶλλα εἰδεῖν, ὅπη ζητοῖεν. καὶ ταῦτα μὲν ταύτη.

Κεφ. η' Τίνα περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων ἐδόξασεν.

8,1 Νῦν δὲ περὶ ψυχῆς καὶ τῶν περὶ αὐτῆς Πλάτωνος λόγων σκεπτέον, καὶ εἰ πλασματώδη καὶ μυθικὰ περὶ αὐτῆς εἶπεν, ὡς ὁ κατήγορος ὄνειρο- **10**
 πολεῖ, ἢ καὶ περὶ αὐτῆς ἀξίως τῆς ἑαυτοῦ μεγαλονοίας τε καὶ σοφίας διελέξατο καὶ ὡς οὐκ ἐνῆν βέλτιον ἔκ γε τῶν ἐνδεχομένων ἄνδρα γε
 Ἕλληνα μὴ τῷ φωτὶ τῆς πίστεως ὁδηγούμενον εἰπεῖν τε καὶ νοῆσαι. δυοῖν
U64 τοίνυν ὄντιν τοῖν ἐφ' ἑκάστου τῶν αὐτῶν ζητημάτων, ἐνὸς μὲν τοῦ εἰ
B41^v ἔστιν, ἑτέρου δὲ τοῦ τί ἐστι, καὶ διττῆς αὖ οὔσης περὶ τούτοις ἑκατέρου **15**
 τῆς σκέψεως, τοῦ μὲν εἰ ἔστι, πότερον ἀναιτίως ἢ ἀπ' αἰτίας καὶ αὐτο-
 παράγωγον ἢ ὑπὸ θεοῦ παραγόμενον ὄν, τοῦ δὲ τί ἐστι, πότερον οὐσία
 ἢ συμβεβηκός, πρῶτα μὲν τὸ εἰ ἔστι ψυχὴ καὶ ἐκ θεοῦ παρῆκται δημιουρ-
 γοῦ ζητητέον, εἶτα τὰ πρὸς τὸ τί ἐστὶν αὐτῆς χρήσιμα σκεπτέον τοῖς κατὰ
 τρόπον περὶ αὐτῆς διαλεξομένοις. καὶ πότερον ἐν οὐσίᾳ ἢ ποσῶ ἢ ποιῶ **20**
 τακτέον αὐτὴν ζητητέον. ἔπειτα μετὰ τὴν τοῦ γένους εὑρεσίν τε καὶ
 διάκρισιν, ἐπειδὴ διχῶς ἕκαστον λέγεται γένος, τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ
 ἐνεργείᾳ καθάπερ τὸ ζῶον καὶ τὸ φυτόν — τὸ μὲν γὰρ ὠὸν καὶ τὸ σπέρμα
 δυνάμει ζῶον καὶ φυτόν, ὁ δὲ ὄρνις καὶ τὸ δένδρον ἐνεργείᾳ — θεωρητέον
 μετὰ τὴν τῆς οὐσίας αὐτῆς εὑρεσιν, εἰ ὡς δυνάμιν τινα ὑποκειμένην καὶ **25**
 πρὸς οὐσίαν εὐφυῶς ἔχουσαν ἢ ὡς ἐνεργείᾳ οὔσαν αὐτὴν ὑποληπτέον.
 καὶ αὖ καὶ δυνάμιν αὐτῆς καὶ ἐνεργείαν σκεπτέον, πάσης οὐσίας καὶ δυνά-
 μιν ἐχούσης ἐπομένην καὶ ἐνεργείαν ἅμα. καὶ ἐπεὶ τοῦ ἐμψύχου σώματος
 εἶδος ἐστὶ, πότερον πρὸ τοῦ σώματος ἢ μετ' ἐκεῖνο ἢ ἅμα ἐκείνω ἐστὶ,
 ζητητέον. καὶ εἰ πρὸ τοῦ σώματος, πότερον διαμένει μετὰ τὸ σῶμα ἢ **30**
 ἅμα αὐτῷ ἀπόλλυται. καὶ εἰ ἐπιδιαμένει, πότερον πολλὰ σώματα καὶ
V54 πολλάκις κατατρίψασα, τὸ τελευταῖον σῶμα καταλιποῦσα καὶ αὐτὴ ἀπόλλυ-
 ται ἢ παντάπασιν ἀνώλεθρος καὶ ἀθάνατός ἐστι καὶ πρὸ παντός οὔσα
 σώματος καὶ μετὰ πᾶν αἰὶ διαμένουσα σῶμα.

2 Σκεπτέον δὲ καὶ εἰ μεριστὴ ἐστὶν ἢ ἀμερῆς, καὶ εἰ μὲν μεριστὴ **35**
 φανείη, πότερον ὡς σῶμα εἰς ὄγκους ἢ ὡς τέχνη καὶ ἐπιστήμη. λέγεται
 γὰρ καὶ ἰατρικῆς μέρη καὶ φιλοσοφίας. εἰ δ' ἀμερῆς, ἄρα παντάπασιν ἀπλή-
 τισ καὶ πλήθους ἀνέκφαντος φύσις, ἢ μερῶν μὲν πλήθος περὶ αὐτὴν οὐ
 θεωρεῖται, δυνάμεων δὲ ποικιλία. διαφέρει γὰρ οὕτως ἢ ἐκείνως. μέρους
U64^v μὲν γὰρ μέρος κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἐξαλλάττει, δυνάμεις δὲ δυνάμεως **40**

adversario de opinione et sua et Platonis adhibenda est, profecto Plato, non Aristoteles est, qui substantias intellegibiles et caelum naturamque universam ex non ente simpliciter produci affirmans maxime cum nostra religione consentit. Poteram alia quoque permulta huic loco accommodare
5 Platonis et Aristotelis et expositorum dicta, sed nec dici omnia necesse est, et haec, quae diximus, satis tum, quod instituimus, probare videntur, tum veritatis auditores ut, si plura optant, unde quaerere ea possunt, intellegant.

Cap. VIII. De anima quid senserit Plato.

10 Iam de anima quid Plato senserit, explicabo. Vos, in quorum manus 8, 1
haec forte venient, viri docti atque praestantes, figmentane ille et fabellas scripserit, ut obiurgator noster blaterare non desinit, an digna potius illustri magnoque ingenio ita, ut neque melius neque sublimius neque divinius ab homine dumtaxat verae fidei lumine non illustrato dici potuerint, iudi-
15 cabitis. Cum duplex de rebus immaterialibus quaestio sit: una cur sint, altera quid sint, et de causa quidem, cur sint, agatur, tum causane vacent necne et spontene, an a deo productae sint, quaerimus, quid sint vero, indagemus, tum substantiane an accidens sint, scrutamur. Primum, an producta a deo anima sit, quaerendum est, mox quid sit, tum invento
20 iam genere, in quo sit, quoniam bifariam genus omne dividitur — aut enim potentia aut actu est, ut ovum potentia animal est, semen planta; sed avis non potentia, sed actu animal est, et arbor planta — idcirco tertio loco considerandum est, utrum tamquam potentia quaedam subiecta et substantiae accommodata, an tamquam actu subsistens natura existimanda sit. Ad haec
25 de eius potentia et actione cogitandum. Omnis enim substantia et potentiam consequentem habet et actionem simul. Item, cum anima corporis animati forma sit, utrum ante corpus, an post corpus, an una cum corpore sit, investigandum. Et si ante corpus, utrum post corpus etiam permaneat, an una cum corpore intereat. Et si permanet, utrum, postquam multa subiit
30 corpora seque in diversa saepenumero transtulit, ultimo tandem corpore exusta ipsa etiam moriatur, an omnino incorruptibilis immortalisque sit, atque ut ante omne corpus est, sic etiam post omne corpus perpetua maneat.

Scrutandum praeterea, an partibilis necne sit, et si partibilis, utrum
ut corpus, an ut ars et scientia in partes scindatur. Sunt enim et medi-
35 cinae partes et philosophiae. At si impartibilis est, simplexne omnino natura sit et nullius multitudinis capax, an partium quidem multitudinem nullam, potentias vero, quas etiam virtutes dicimus, habeat multas. Hoc

4 ταὐτὸ U ταὐτὸν B V M | 10 κατήγορος B V ὁ τελχίν οὔτος U | 15/18 καὶ διττῆς
— συμβεβηκός U^x in marg. B V M Z in textu, quo loco U καὶ τοῦ τί ἐστὶν αὐδ διηρη-
μένου διχῆ, εἰς τε οὐσίαν καὶ συμβεβηκός, | 25 αὐτῆς B V] U^x corr. ex τῆς ψυχῆς

τῷ διάφορα ἐνεργεῖν διενήνοχε. καὶ εἰ ὁμοειδῆς πᾶσα ψυχὴ πρὸς πᾶσαν ἢ οὐδαμῶς. καὶ εἰ ἑτέρου καὶ ἑτέρου εἶδους, ἄρα οὐδὲ ἑνὸς γένους, οἷον ἢ B42 ἀνθρώπου καὶ ἵππου. εἰ μὴ ταῦτόν ἐχουσιν εἶδος ψυχῆς, ἄρ' οὐδὲ γένος ταῦτόν. ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος καὶ ἵππος ὑπὸ τὸ ζῶον, αἱ ψυχαὶ δὲ αὐτῶν οὐκέτι ὑφ' ἑνὸς γένους ψυχῆς. καὶ πότερον πολλαὶ εἰσιν ἐν ἐκάστῳ τῶν ζῶων ψυχαί, οἷον φυτική, θρεπτική, ὀρμητική, διανοητική, ἐφ' ὧν καὶ αὐταί, ἢ μιᾶς ὅλης αὐτῆς οὐσης τὰ μέρη διενήνοχε. καὶ εἰ μιᾶς θετέον μέρη, πότερον καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὑποκειμένῳ ἕτερα ἀλλήλων, ἢ τῷ μὲν λόγῳ ἕτερα, τῷ δ' ὑποκειμένῳ ταῦτά. ταῦτα μὲν οὖν τὰ μάλιστα περὶ ψυχῆς εἰωθότα ζητεῖσθαι καὶ ὁ γνοῦσιν ἐντελῶς ἐστὶν ἔχειν τῆς περὶ αὐτῆς ἐπιστήμης καὶ γνώσεως. σκεπτέον τοίνυν, εἰ Πλάτων ὁ μέγας περὶ τούτων ἀπάντων διελέξατο καὶ εἰ περὶ πάντων ἄριστα τοῖς γε Ἑλληνικοῖς ἐπόμενος δόγμασιν — οὐδὲ γὰρ Χριστιανὸν αὐτόν ἀπλῶς οὐδ' ἐν τούτῳ τῷ μέρει δεῖξαι τὸ προκείμενον ἡμῖν — καὶ ἔτι εἰ ὡς ἐνῆν συνωδότερον ταῖς Χριστιανῶν περὶ αὐτῆς δόξαις ἐν γοῦν τοῖς πλείοσι τε καὶ μείζοσιν ἐφ- V54^v θέγξατο ἢ Ἀριστοτέλης αὐτός, ὃν ἐν πᾶσιν ὁμόφωνον τῇ ἐκκλησίᾳ εἰκῆ καὶ μάτην ὁ ἐναντίος δεικνύει φιλονεικεῖ.

3 Πρῶτα μὲν οὖν ὁρῶμεν, ὅπως τὸν περὶ τοῦ εἰ ἐστὶ ψυχὴ λόγον ἀπλῶς ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων ἀνιχνεύει τε καὶ θηρᾶται. ἐξ οὗ καὶ τὸ τί ἦν εἶναι αὐτῆς ἐξευρίσκει καὶ προϊὼν τὴν τοῦ θείου ὑπαρξίν κατασκευάζει. 20

U65 ἐροῦμεν δὲ αὐτὰ ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων, ἐκεῖσε τοὺς φιλοπόνους παραπέμποντες.

4 Ἀπάντων δὴ τῶν ὄντων ἀναγκαῖον φησὶ τὰ μὲν μόνον κινεῖν, τὰ δὲ μόνως κινεῖσθαι, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ὄντα καὶ κινεῖν καὶ κινεῖσθαι. καὶ ταῦτα δὲ ἢ παρ' ἄλλων κινούμενα ἄλλα κινεῖν ἢ αὐτοκίνητα ἀναγκαῖον εἶναι, ὡς τέτταρας ταύτας ἐξῆς ἀλλήλων ὑποστάσεις τετάχθαι. τὴν κινεῖσθαι μόνον καὶ πάσχειν ἀπ' ἄλλων τῶν πρωτουργῶν αἰτίων λεγομένην. καὶ πρὸ ταύτης τὴν ἄλλα μὲν κινουσαν, ὑπ' ἄλλων δὲ κινουμένην. καὶ τούτων ἐπέκεινα τὴν αὐτοκίνητον, ἀφ' ἑαυτῆς ἀρχομένην καὶ τῷ ἑαυτὴν κινεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ κινεῖσθαι παρέχουσαν ἔμφασιν. καὶ τελευταῖον ἀπάν- B42^v τῶν, ὅσα μετέχει κινήσεως ποιητικῆς ἢ παθητικῆς, τὴν ἀκίνητον. καὶ τὸ μὲν ἑτεροκίνητον ἅπαν τῆς αὐτοκινήτου οὐσίας, τὸ δ' αὐτοκίνητον ἐξηρη- τῆσθαι τοῦ ἀκινήτου. πάσης γε μὴν κινήσεως ἀρχὴν τὸ αὐτοκίνητον εἶναι. ὅταν γὰρ ἕτερον ἄλλο μεταβάλλῃ, καὶ τοῦτο ἄλλο ἕτερον αἰεὶ τῶν τοιούτων, οὐδὲν ἐστὶ πρῶτον μεταβάλλον, ἐπεὶ ὑπ' ἄλλου κινεῖται. δεῖ δὲ εἶναι τὸ πρῶτον μεταβάλλον, εἰ μὴ μέλλοι εἰς ἄπειρον ἢ ἀνοδος εἶναι. ἦταν ἄρα αὐτὸ αὐτὸ κινήσαν ἕτερον ἀλλοιώσῃ, τὸ δ' ἕτερον ἄλλο, τούτων ἀρχὴ ἐστὶν ἢ αὐτὴ αὐτὴν κινήσασα μεταβολή. καὶ γὰρ ἄλλως ἐσταίη πως τὰ πάντα ὁμοῦ γενόμενα. τίνα ἄρα ἐν αὐτοῖς ἀνάγκη πρῶτην κίνησιν γενέσθαι τῶν

1 τῷ U V τὸ B M | 2 ἢ U V εἰ B M | 29 τῷ U V τὸ B M | 30 ἀπάντων] U B V *add.* τῶν | 32 αὐτοκινήτου U V] B² *corr.* εκ ἀκινήτου | 35/36 ἐπεὶ — μεταβάλλον *om.* M.

enim plurimum refert, siquidem pars a parte subiecto differt, virtus autem a virtute actionis sive operationis diversitate. Post haec, utrum omnes animae sub eadem specie contineantur, an sub diversis. Et si diversae species sunt, utrum genere etiam differant, quem ad modum anima hominis et
 5 anima equi. Si differunt specie, an sint etiam genere diversae. At quamquam homo et equus sub uno animalis genere comprehenduntur, animae tamen eorum non sub eodem animae genere conveniunt. Quererere etiam dignum est, pluresne animae sint in unoquoque animali ut vegetativa, nutritiva, sensitiva, appetitiva, intellectiva, an haec unius animae partes seu
 10 virtutes dici debeant. Et si partes unius animae sunt, utrum et ratione et subiecto inter se differant, an ratione diversae, subiecto eadem sint. Haec de anima quaeri maxime solent et cognita perspectaque scientiam eius absolute perficiunt. Animadvertendum ergo, an Plato de his omnibus disseruit omnesque huiusmodi locos, quantum gentilis hominis ingenium
 15 assequi potuit, plene perfecteque tractaverit. Neque enim, ut saepe dixi, Christianum mihi animus est ostendere Platonem, sed inspiciendum censeo, an magis consentaneae sint nostrae religioni Platonis de anima opiniones quam Aristotelis, quem adversarius convenire ubique cum fide Christiana frustra nititur ostendere.

20 Principio igitur videndum est, quomodo in decimo libro de Legibus 3 exquirat Plato atque investiget, cur anima sit. Quo invento essentiam eius ac rationem absolvit atque ita progrediens divinitatis essentiam rimatur et confirmat. Dicam autem de his, quanto brevius potero, satis a me factum existimans, si loca ostendero, unde cetera, quae desiderari possent,
 25 qui investigandi cupidi sunt, accipere facile possunt.

Ex omnibus inquit rebus alias solum moveri, alias inter utrasque 4 constitui, quae scilicet et movere possunt et moveri. Hanc tertiam speciem bipartito distribuit, ut ab aliis motas movere aut ex se moveri necesse sit. Itaque quattuor genera hoc modo constituuntur: Primum, quod movetur
 30 solum patiturque ab aliis prioribus causis. Secundum, quod et alia movet et ab aliis movetur. Tertium, quod ex se movetur sua natura sibi exordiens motum et motum alteri affert. Quartum, quod immovibile est, postremum omnium, quae motu activo passivoque participant. Dependere etiam omne, quod ab alio movetur ex eo, quod se movet, idque ipsum
 35 ex immovibili Plato arbitratur. Verum omnis motus initium esse, quod ipsum ex se movetur. Cum enim hoc illud moveat, et illud aliud, atque aliud semper aliud, nullum erit principium motus, quoniam ab alio semper aliud movetur. Necesse est autem motus principium esse, alioquin in infinitum fieret progressus. Cum igitur id, quod se ipsum movet, alteri
 40 motum affert, et illud rursus alteri, sicque alterum subinde alteri, profecto id principium motus est, quod se ipsum movet. Nam si consistere cuncta et quietas esse dederimus, quemnam ex iis, quos modo enumeravi, motum fieri necesse erit? Aut quid tandem erit, quod primum moveatur, nisi

εἰρημένων; τί τε τὸ πρῶτως κινηθησόμενον ἔσται πλὴν τῆς αὐτῆν δῆπου κινούσης; ὑπ' ἄλλου γὰρ οὐ μήποτε ἔμπροσθεν μεταπέση, μηδεμιᾶς γε ἐν αὐτοῖς οὐσης ἔμπροσθεν μεταπτώσεως. τὸ μὲν γὰρ ἀκίνητον οὐδαμῶς κινεῖσθαι πεφυκὸς οὐδ' ἂν πρῶτως κινηθεῖη. τὸ δ' ἑτεροκίνητον ἄλλης ἂν δέοιτο κινουμένης δυνάμεως.

V 55
U 65 Ἡ αὐτὴ ἄρα αὐτῆν κινούσα δύναμις καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ἀρχομένη τῆς ἐνεργείας ἀρχὴ κινήσεων πασῶν· καὶ πρώτη ἐν τε ἔστωσι καὶ κινουμένοις ἐστὶ, πρεσβυτάτη καὶ κρατίστη πασῶν οὐσα μεταβολῶν. δευτέρα δὲ ἡ ἀλλοιουμένη μὲν ὑφ' ἑτέρου, κινούσα δὲ ἕτερα. ὅπου δὲ ἡ αὐτὴ αὐτῆν κινούσα δύναμις ἐνεστί, τοῦτο ζῆν λέγομεν. ζῆ δὲ τὰ ψυχὴν ἔχοντα, ὡς 10 ψυχὴν εἶναι τὴν αὐτῆν αὐτῆν κινούσαν. ἐπεὶ γὰρ ἐν παντὶ τρία θεωρεῖσθαι ἀνάγκη, ἐν μὲν τὴν οὐσίαν, ἐν δὲ τῆς οὐσίας τὸν λόγον, ἐν δὲ τὸ ὄνομα, καὶ ποτὲ μὲν τὸ ὄνομα προτεινόμενοι τὸν λόγον ἐρωτῶμεν, ποτὲ δὲ τὸ ἀνάπαλιν. κἂν τε τὸ ὄνομα ἐρωτῶμενοι τὸν λόγον ἀποδιδῶμεν, κἂν τε τὸν λόγον τοῦνομα, ἑκατέρως ταῦτο προσαγορεύομεν. ταῦτο γὰρ ἐστὶν εἰπεῖν 15 ἄρτιον εἶναι ἀριθμὸν εἰς δύο ἴσα διαιρούμενον καὶ ἀριθμὸν τὸν εἰς δύο ἴσα διαιρούμενον ἄρτιον εἶναι. οὕτω κἂν ταῦθα. ὅψ ψυχὴ τοῦνομα, τίς ἄλλος αὐτοῦ λόγος πλὴν τοῦ νῦν δὴ ῥηθέντος; τὴν γὰρ δυναμένην αὐτῆν αὐτῆν κινεῖν κίνησιν φαμὲν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. εἶδος γὰρ αὐτῆν ἢ ἐντελέχεια σώματος εἶναι λέγειν λέγεται μὲν καλῶς. οὐ μόντοι κοι- 20 νός ἐστιν πάσης ψυχῆς ὀρισμός, εἴ γε ἡ νοερά ψυχὴ οὐδενός ἐστιν ἐντελέχεια σώματος. τὸ αὐτὸ ἄρα ἑαυτὸ κινοῦν κοινότερος ψυχῆς ὀρισμός.

B 43 Οὐ δειχθέντος συναποδείκνυται καὶ τὸ τὴν ψυχὴν εἶναι πρώτην γένεσιν καὶ κίνησιν τῶν τε ὄντων καὶ γεγονότων καὶ ἔσομένων, μεταβολῆς καὶ κινήσεως ἀπάσης αἰτίαν ἅπασι δειχθεῖσαν. κἂν τεῦθεν πρεσβυτάτην εἶναι 25 πάντων τῶν κινουμένων, ἀρχὴν οὐσαν κινήσεως. καὶ αὐτῆν μὲν πάντων σωμάτων πρεσβυτέραν, σῶμα δὲ δεύτερον καὶ ὕστερον ψυχῆς ἀρχούσης ἀρχόμενον κατὰ φύσιν. τὰ μὲν γὰρ σώματα πάντα μόνως κινεῖται, οὐδενός ὄντα ποιητικά. πᾶν γὰρ τὸ ποιητικὸν καὶ κινητικὸν ἄλλων ἀσωμάτων δυνά- **U 66** μει χρώμενον ποιεῖν καὶ κινεῖν πέφυκε. τῶν δ' ἀσωμάτων τὰ μὲν ἐστὶ 30 **V 55** μεριστὰ περὶ τοῖς σώμασιν, εἴτ' ἐν ποιότησιν εἴτε ἐν εἶδεσιν ἐνύλοις ὑφεστηκότα, οἷα εἰσὶ τὰ κινουόμενα μὲν ἄλλα, κινούμενα δὲ ὑπ' ἄλλων, τὰ δ' ἐξηρημένα ἐστὶ τῆς περὶ τὰ τῶν ὄντων ἔσχατα διαιρέσεως, οἷον δὴ τὴν αὐτοκίνητον οὐσίαν φαμὲν ἐν ἑαυτῇ καὶ οὐκ ἐν ἄλλοις ἰδρυμένην καὶ σωμάτων ἐξηρημένην, παρ' ἧς καὶ τὸ κινεῖσθαι πρῶτως τοῖς σώμασιν. ἦν δὴ ψυχὴν 35 ἔφαμεν εἶναι παντός σώματος πρεσβυτέραν. αὕτη μὲν ὡς ἐν βραχέσιν ἢ τοῦ Πλατωνικοῦ λόγου ἀγωγή τῆς τε τοῦ εἶναι καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι τῆς ψυχῆς εὐρέσεως. οἷς συναποδείκνυται καὶ τὸ ἐνεργεῖα τε αὐτῆν, οὐ δυνάμει εἶναι, καὶ τῶν ἐνεργειῶν αὐτῆς πλειόνων οὐσῶν ἢ γε ζωτικῆ, ὅτι τε πρὸ

19 τὸ ἀνάπαλιν] τὸ om M | 19/22 εἶδος — ὀρισμός U om. B¹ in marg. V M Z in textu | 87 ἦν om. M | 89 πλειόνων οὐσῶν U^x in marg. B V M Z in textu

quod a se ipso movetur? Aliunde enim fieri motum dici non potest. Quod enim immovibile est, quoniam natura sua moveri non potest, non est primum movens; quod autem suapte natura moveri ab alio potest, id porro aliam ad se movendum virtutem requirit.

6 Superest igitur, ut quod se ipsum movet et a se ipso hunc actum 5
exorditur, id omnium motuum et mutationum principium sit, omnium
optimum atque antiquissimum. Secundum locum obtinet, quod ab alio
motum aliud movet. Verum quod se ipsum movet, id procul dubio vivere
dicimus; vivunt autem, quae animam habent. Ex quo colligitur animam
10 esse, quae ipsa se ipsam movet. Cumque in unaquaque re tria considerari
oporteat, unum quidem substantiam, alterum rationem substantiae, tertium
nomen, interdum quidem proposito nomine rationem interrogamus, inter-
dum contra. Et tamen, sive nomini rationem sive rationi signum assignemus,
idem semper appellamus. Quippe idem est dicere parem numerum esse,
15 qui in duas partes aequales secatur, et numerum, qui in duas partes aequales
secatur, esse parem. Ita igitur hoc loco de anima considerandum est.
Huic enim substantiae, cui nomen anima est, nulla ratio magis convenit,
quam quae eam per se ipsam moveri statuit, de qua modo diximus. Nam
formam esse hanc sive actum corporis vere quidem affirmamus. Non
20 tamen commune hoc cuiuscumque animae est, siquidem intellectivam ani-
mam corporis actum esse nemo diceret. Communiori ergo ratione animam
id esse dicimus, quod se ipsum movere potest, et vicissim, quod se ipsum
movere potest, id animam esse.

Ex quo sequitur animam esse primam generationem et primum motum 6
25 rerum omnium, quae sunt, quae fuerunt, quaeque futurae sunt, et omnis
motus ac mutationis causam praebere, omnium motuum antiquissimum
esse, omnis motus principium et omnibus corporibus priorem. Corpus
enim natura secundum est et anima posterius. Quippe corpora omnia
dumtaxat moventur nec ipsa quicquam efficiunt. Quidquid enim efficiens
80 movensque aliorum est, id virtute incorporeae essentiae ad efficiendum
movendumque inducitur. Incorporearum autem essentiarum aliae cum
corporibus dividuntur, ut qualitates et formae materiales, quae et aliunde
moventur et aliud movent, aliae se a naturalium rerum divisione sequestrant,
qualis est substantia, quae a se ipsa movetur nec in aliis, sed in se ipsa
85 consistit atque omnium concrezione corporis vacat, qua prima omnis mo-
vendi ratio corporibus praestatur. Quam diximus esse animam omni corpore
antiquiorem. Haec via Platonis et ratio est ad investigandam causam et
essentiam et definitionem animae. Quibus simul actu, non potentia esse
animam demonstratur, tum operationem eius vitalem esse, et praecedere
40 eam omne corpus naturae, et substantiam esse impartibilem. Quin etiam
ulteriore progressu essentiam divinitatis ex his demonstrat, de qua non
est hoc loco dicendum.

παντός ἐστὶ σώματος καὶ ἀμερῆς οὐσία. περαιτέρω δὲ προῖων καὶ τὴν τοῦ
θείου ὑπαρξιν ἐκ τούτων ὑποκειμένων συναποδείκνυσι.

7 Τοῦτον γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ τῶν Φυσικῶν ὀγδόῳ μιμησάμενος,
U 66^v ἐκ τῆς κινήσεως ἐπὶ τὴν τοῦ θείου γνῶσιν, ὁ πρῶτον κινουῦν ἀκίνητον καλεῖ
B 48^v εἴτε νοῦν εἴτε ψυχὴν αὐτὸ τιθέμενος, ἀνάγεται ἀρξάμενος μὲν ἐκ τῆς ὁμοίας 5
διαίρεσεως, περὶ δὲ που τὰ μέσα διαλλάττων καὶ μάλιστα περὶ τὴν τοῦ
αὐτοκινήτου ἐν ἄσωμάτοις παραδοχὴν, καὶ τὸ πρῶτον κινουῦν μὲν, ἀκίνητον
δὲ λέγων. κινήσεις γὰρ ἐκεῖνος τὰς σωματικὰς μόνον κατὰ τὸν ἀποδοθέντα
ὑπ' αὐτοῦ ὄρισμὸν τῆς κινήσεως ὀνομάζων, εἰκότως ἐπὶ τῶν ἄσωμάτων
παθητικὴν οὐ παραδέχεται κίνησιν. ἅς δὲ οὐδὲ Πλάτων τῇ ψυχῇ περιτίθησι. 10
τίς οὕτω μωρὸς ὅς τοῦτο νομίσειεν ἄν; ὅρα δὲ, τίνας ἀποδίδωσι κινήσεις.
»ἄγει γάρ, φησί, ψυχὴ τὰ κατ' οὐρανὸν πάντα καὶ γῆν καὶ θάλατταν ταῖς
αὐτῆς κινήσεσιν, αἷς δὲ ὀνόματά ἐστι βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι,
U 67 βουλευέσθαι, δαξάζειν ὀρθῶς, ἔψευσμένως, χαίρουσαν, λυπούμενην, θαρροῦ-
σαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς 15
ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτουργοὺς αὐτῶν παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμά-
των ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν καὶ διάκρισιν καὶ σύγκρισιν καὶ
V 56 τὰ τούτοις ἐπόμενα.» ἐνταῦθα σαφῶς καὶ σωματικῶν κινήσεων μνησθεὶς,
ἅς μόναις κινήσεις Ἀριστοτέλης καλεῖ, σώμασι μόνοις ἀπέδωκε. ψυχῆς δὲ
κινήσεις τὸ βούλεσθαι καὶ σκοπεῖσθαι, ἃ καὶ Ἀριστοτέλης αὐτῇ ἀποδίδωσι, 20
κοινότερον ὀνομάζει κίνησιν καλῶν, ὅπερ Ἀριστοτέλης καὶ αὐτὸς δὲ Πλάτων
ἐν ἄλλοις ἐνέργειαν. χρῆσθαι γὰρ ἐφεῖται, ὡς τις βούλεται, τοῖς ὀνόμασι
καὶ μάλιστα τοῖς εἶδεσιν ἀντὶ τῶν γενῶν. εἶδος γὰρ ἐνεργείας ἢ κινήσεως.
καὶ ἡ μὲν κίνησις καὶ ἐνέργεια, ἡ δ' ἐνέργεια οὐ πάντως κίνησις. διὸ καὶ
πολλαχοῦ Πλάτων αὐτὰ μεταλαμβάνει, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης αὐτὸς τὴν 25
αἰσθησιν καὶ τὸν νοῦν ἔσθ' ὅτε λέγων κινεῖσθαι καὶ πάσχειν καταχρώ-
μενος τῷ ὀνόματι, αὐτὸς γε ὢν ὁ λέγων αἰσθήσεως καὶ νοῦ οὐ μεταβολὴν,
οὐ κίνησιν οὐδεμίαν εἶναι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

• Τό γε μὴν ἀνώλεθρον αὐτῆς καὶ ἀθάνατον πολλαχοῦ τε ἄλλοθι καὶ
B 44 δὴ καὶ ἐν Φαίδρῳ καὶ Φαίδρῳ κατασκευάζει, ἐκεῖ μὲν ἐκ τῆς αὐτοκινήσεως 30
αὐτῆς καὶ τοῦ ἀρχῆν αὐτὴν εἶναι κινήσεως ἐπιχειρῶν καὶ τὸ ἀγέννητον αὐτῆς
ἅμα καὶ ἀφθαρτον δεικνύς. »ἡ ψυχὴ γὰρ φησὶν αὐτοκίνητος. οἷα δὲ κινήσει

1 οὐσία] U^x *add. in marg.* B V M Z *om.* περὶ ὧν ἐν τοῖς ἐπομένοις ἐροῦμεν πλατύ-
τερον. | 2 συναποδείκνυσι] U B *add.* B² *del.* V M Z *om.* περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος. τί οὖν ἐν τού-
τοις μυθικόν, τί πλασματῶδες εὐροὶ τίς ἄν, ὡς ὁ ἐγκαλῶν φάσκει; μᾶλλον δὲ τί μὴ σοφώτατα,
τί μὴ ἄριστα εἰρημένον, ὡς γε Ἀριστοτέλει παραβαλεῖν καὶ πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ἀφο-
ρῶντα δόξας τοῖσδε τοῖς λόγοις ἐνεστίν; εἴρηκα γὰρ καὶ πολλάκις ταῦτά λέγω· Ἑλληνα
Ἑλλησι καὶ Πλάτωνα Ἀριστοτέλει ἀμφὸς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀλλοτρίους παραβλη-
τέον. μᾶλλον γε μὴν Πλάτωνα ἐν τισὶ συμφωνοῦντα ἡμῖν δεικτέον. οὐ γὰρ δὴ ἐν
πᾶσιν. αὐτίκα ἐνταῦθα τὸ περὶ τῆς ψυχῶν προὑπάρξεως δόγμα ἡμῶν γε ἀλλότριον
πάντη. Ἑλλησιν ὡς μάλιστα τιμώμενον, καὶ Ἀριστοτέλει γε αὐτῷ, ἀκόλουθα ἑαυτῷ

U 66^v ἅτε ἐπιστήμονι λέγοντι. εἰ γὰρ πᾶν ἀφθαρτον καὶ ἀγέννητον ἄριστά γε αὐτὸς ἀποδεί-
κνυσιν, — ἀφθαρτον δὲ αὐτὸν βούλει τὴν ψυχὴν τίθεσθαι· οὐ γὰρ ἄν ἐγωγε καταψηφισαίμην
αὐτοῦ τὸναντίον, εἰ καὶ μὴ οἱ τυχόντες ἄνδρες Ἑλλήνων τε καὶ τῶν διδασκάλων τῆς

Sed cum uterque philosophus, Plato scilicet atque Aristoteles, cur anima sit quidve sit, conquisierit, operae pretium est videre, quomodo Plato id ex motus ratione investigarit, quem imitatus Aristoteles libro Naturalis auditionis octavo ex motu in dei cognitionem fertur, quem primum movens immovibile nominat, sive id mentem statuatur sive animum. Incipit enim paene a simili divisione, quamquam interim ab eo dissentit, et praesertim incorporeorum, quae per se moventur, ratione primumque illud movens quidem, sed immovibile statuit. Nam cum motus dumtaxat corporeos pro definitione, quam motui dederat, pertractet, merito nullum motum passivum in substantiis incorporeis probat. Sane motus passivos naturales et posteros ne Plato quidem animo tribuit, quod tam apertum est, ut nemo sit, qui contradicere audeat. Sed quos ille motus tribuerit animae, ex verbis eius intellegamus. »Gerit quidem, inquit, animus caelum, terram, mare, mundum suis motibus, quorum nomina sunt velle, intellegere, curare, consultare, recte aut falso opinari, tum gaudere, dolere, audere, metuere, diligere, odisse, omnibus denique motibus, qui iis cognati aut primi sunt. Hi secundos sibi assumentes corporis motus omnia ducunt in augmentum, deminutionem, concretionem, discretionem et quae haec consequuntur.« Aperte hic Plato de corporeis motibus mentionem faciens, quos solos motus Aristoteles vocat, eos dumtaxat corpori tribuit, animae vero motus, ut sunt velle, intellegere et similia, quae ipse quoque Aristoteles concedit animae, communiori vocabulo motus vocat, cum id in aliis locis tam ipse quam Aristoteles energiam, hoc est operationem appellent. Uti enim nominibus licet pro voluntate scribentis et praesertim nominibus speciei pro nominibus generis. Quippe operationis species motus est. Nam omnis motus operatio est, sed non omnis operatio est motus. Quo fit, ut Plato saepius alterum pro altero nominet. Quem ad modum Aristotelem quoque facere videmus, cum sensum aut intellegentiam dicit moveri et pati, quod ipse etiam minus proprie a se dictum fatetur, cum sensum et mentis mutationem aut motum non esse aut aliud genus esse motus affirmat. Se de his hactenus.

Aeternitatem vero immortalitatemque animi cum aliis plerisque in locis, tum maxime in Phaedro et Phaedone Plato demonstrat, ex ipso illius per se motu et ex principio motus, quod illi tribuit, argumenta de-

ἐκκλησίας θνητότητα ψυχῆς αὐτῶ ἐγκαλοῦσιν — καὶ ἀγένητον ἂν εἴποι καὶ πολὺ προτέραν παντὸς σώματος. λέγει δὲ διαρρήδην κἀν τοῖς περὶ Ζῳῶν γενέσεως θύραθεν τε καὶ ὕστερον ἐπεισιέναι τὸν νοῦν. ὥστε τοῦτό γε μέρος οὐ μᾶλλον Πλάτων ἢ Ἀριστοτέλης ἡμῖν μάχεται. τὴν οὖν τοῦ λόγου ἀγωγὴν Πλάτωνος ὡς πρὸς γε Ἀριστοτέλην καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βλέποντα δόξαν σκοπητέον ὡς σοφώτατά γε καὶ ὡς οὐκ ἐνῆν βέλτιον ἐκτέθειται. B² adnotat in marg. μετατέθηται. U^x in marg. μετάθετες μέσως τοῦ· τὴν οὖν τοῦ λόγου ἀγωγὴν | 12 γάρ] μὲν δὴ edit. | 18 δὴ edit. om. | 21/22 καὶ αὐτὸς — ἄλλοις U^x in marg. B V M Z in textu | 25/28 ὡς καὶ — εἶναι U om. B² in marg. V M Z in textu

12 Plat. Legg. X. 897 a.

Mohler, Kardinal Bessarion. II.

- προείρηται. τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεικίνητον. τὸ γὰρ αἰεὶ παρὸν ἑαυτῷ καὶ μηδέποτε ἀπολειπόμενον αἰεὶ τοιοῦτόν ἐστι. τοιοῦτον δὲ ὄν εἶη ἂν καὶ ἀθάνατον. πῶς γὰρ ἂν αἰεὶ κινεῖτο θνητὸν ὄν; τὸ γὰρ θανὸν καὶ ἀκίνητον εἶναι ἀνάγκη.⁶ καὶ αὖ· »εἰ ἡ ψυχὴ αὐτοκίνητος, ἀνάγκη αὐτὴν ἀρχὴν εἶναι καὶ πηγὴν πάσης κινήσεως.« πᾶν γὰρ τὸ κινούμενον ἐκ τοῦ αὐτοκινήτου δ
- U 67^v ἀφθαρτον, εἰ γε τὸ ἀγέννητον ἀντιστρέφει τῷ ἀφθάρτῳ, ἢ καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ. ἐν δὲ τῷ Φαίδωνι διττοῦ ζητήματος ὄντος, ἐνὸς μὲν εἰ πρὸ τῶν σωμάτων ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἐνὸς δὲ εἰ καὶ μετὰ τὰ σώματα διαμένει, τὸ μὲν 10 πρῶτον καὶ ἐν τοῖς Νόμοις, ἢ δέδεικται, δεδειχῶς κἀνταῦθα, ὡς ἐν τοῖς
- V 56^v ἀνωτέρω διὰ βραχέων εἴρηται, ἄριστα ὡς γε ἐκ τῶν ἐνότων ἐπεξείργασται πρὸ τῶν σωμάτων τε αὐτὴν εἶναι τοῖς γε τὰς ὑποθέσεις αὐτοῦ δεχομένοις καὶ τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν εἶναι τιθεμένοις, περὶ ὧν εἴ τις ἀμφιβάλλει, ἄλλος ἂν εἶη λόγος, ὡς γε πρὸς Ἑλληνας διαλεγόμενος ἰκανῶς ἀποδέδειχε. 15 οἱ γὰρ δοξάζοντες τὸν κόσμον αἰδῖον, ἀγέννητόν τε καὶ ἀφθαρτον, μηδὲν τε ἐνεργεῖα ἄπειρον εἶναι, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Φυσικῶν ἄριστα δείκνυται, ἀναγκαιῶς ἢ καὶ τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν εἶναι καὶ πλείους μεταμφιεχνύσεις σωμάτων δέξονται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον τιθέμενοι, ὡσπερ ἡμεῖς βουλόμεθα τὸν Ἀριστοτέλην λέγειν, ἢ ἐκεῖνα ἀρνούμενοι καὶ τὴν ψυχῆς ἀθανασίαν 20 συναπαρνήσονται καὶ εἰς μεῖζον αὐτοῖς τε Ἑλλησι κριταῖς ἄτοπον περιπεσοῦνται, τὰ περὶ ἀθανασίας εἰρημένα ἐν τοῖς περὶ Ψυχῆς Ἀριστοτέλει κοινῶ τινι νῶ, ὡς Ἀλεξάνδρῳ τῷ Ἀφροδισιεῖ καὶ Ἀβερὸν τῷ Ἀραβι τοῖς δοκοῦσι κλεινοτέροις τῶν Ἀριστοτέλους ἐξηγητῶν κακῶς ἔδοξεν, ἀπονεμοῦσι. Χριστιανοὶ μὲν γὰρ εὖ ἅπαντα σώζομεν ἀρχὴν τε καὶ τέλος γενέσεως πάσης τιθέ- 25 μενοι, Ἑλληνες δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἂν τὰς Πλάτωνος παραδέξαιτο ὑπο-
- B 44^v θέσεις τὴν αἰδιότητα τῆς γενέσεως περὶ πλείστου τε καὶ τοῦ παντός ποιούμενοι καὶ τοῦτο μάλιστα μέγα φρονοῦντες.
- 9 Οὕτω μὲν οὖν τὰ περὶ τοῦ πρώτου. ὡς δὲ καὶ μετὰ τὰ σώματα δια-
- U 68 μένει, καὶ τοῦτο ἐς αἰεὶ, ὅρα εἴ τι ἐγὼ τοῦ λόγου συνίημι καὶ τῆς αὐτοῦ 80 ἀποδείξεως. δείξας γὰρ εἶναι τε εἶδη καὶ τῇ τῶν εἰδῶν τούτων μετοχῇ τᾶλλα τὴν αὐτῶν τούτων ἐπωνυμίαν ἔχειν, — τὸ γὰρ μέγα τὸ μεγέθει μέγα, οὐ τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸ σμικρὸν τῇ σμικρότητι, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ σμικρὸν εἶναι. καὶ ὡς μὲν τῶν εἰδῶν οὐδὲν οὐδέποτε ἂν τοῦ ἐναντίου μετάσχοι. τὸ γὰρ μέγεθος οὐκ ἂν ποτε γένοιτο σμικρότης. τῶν δὲ γε μετεχόντων 85 ἐστὶ μὲν ἃ μετέχει τοῦ ἐναντίου. τὸ γὰρ μεγέθους μετέχον καὶ σμικρότητος ἂν μετέχοι. Σιμμίαν γὰρ Σωκράτους μὲν ἂν φαίης μείζονα εἶναι, Φαίδωνος δὲ ἐλάττονα. ἐστὶ δὲ ἃ οὐκ ἂν ποτε δέξαιτο τἀναντία. ἢ χιῶν
- V 57 γὰρ οὐ ψυχρότης ἀλλὰ ψυχρὸν καὶ τὸ πῦρ οὐ θερμότης ἀλλὰ θερμὸν ὄντα,

⁶ κινήσεως] M add. ὄν | 11 καὶ ἐν — κἀνταῦθα U^x in marg. B V M Z in textu | 15 διαλεγόμενος scripsi διαλεγόμενοις U B V M | 20 ψυχῆς] M add. τῆς

4 cf. Plat. Phaedr. 245 c d.

ducens, quibus et ingeneratum eum et incorruptibilem esse declarat. »Ani-
 mus, inquit in Phaedro, se ipsum movet. Quod autem se ipsum movet,
 id semper movetur. Cum enim semper in se sit et nusquam se deserat,
 semper sui simile est. Ergo semper se movet. Immortale igitur est.
 5 Quo enim pacto semper moveri posset, quod mortale est? Nam simulac
 interierit, fiet immotum.« Et rursus: »Si animus se ipsum movet, principium
 omnis motus ac fontem esse necesse est.* Quidquid enim movetur ab eo,
 quod ex se ipso movetur, motus causam sumit. Quod cum principium
 motus sit, etiam ingenitum esse oportet. Quod enim genitum est, prin-
 10 cipium esse non potest. Cum autem ingenitum sit, incorruptibile etiam
 esse necesse est, quippe sententia Aristotelis ingenitum et incorruptibile
 convertuntur. In Phaedone autem, cum duplex quaestio sit: una, utrum
 anima corpus antecedit, altera, an post corpus permaneat, prima dubitatio
 ex iis manifesta fit, quae ante dicta sunt, et satis quidem, quatenus ad
 15 nostrum hoc de Platone institutum pertinet, ut nisi divinitus animae quoque
 in tempore procreentur, praeesse quod immortale permaneat, ostendatur,
 satis etiam ad homines illos gentiles, apud quos Plato de animarum im-
 mortalitate disserebat. Nam qui mundum ingenitum atque incorruptibilem
 et nihil actu infinitum ponit, hunc Platonis sententiam probare de transitione
 20 animarum necesse est, si animam hominis immortalem fatetur. Nec Ari-
 stotelem hoc negaturum fuisse existimo, modo, quod equidem reor, immor-
 talem esse hominis animam censuerit, quod nisi hunc teneat animationis
 modum, nefarium illud amplexetur, necesse est, quem eius expositores, qui
 praesertim doctores habiti sunt, Alexander Aphrodisiensis Graecus et Aver-
 25 roes Arabs ei manifeste tribuerunt, ut unus communisque sit omnium
 hominum intellectus. Nos ex fide religionis nostrae omnia rite tuemur,
 cum principium finemque universi statuamus. At gentiles, qui mundum
 aeternum posuere, fieri non potest, ut hanc Platonis opinionem aspernentur.

Sic igitur animam priorem esse corporibus probat. Quem ad modum
 30 vero post corpora maneat, ita ostendit. Cum formas quasdam, quas ideas
 vocat, esse demonstrasset earumque participatione cetera et esse et appellari,
 tum illud docuit nullam unquam earum sui contrarii fieri posse participem,
 quippe magnitudinem nunquam fieri posse parvitatem. Rerum autem,
 quae ideis participant, alias esse, quae contrarii participes sint, ut eam,
 35 quae magnitudinis particeps est, parvitatibus quoque contingit participem
 esse, verbi gratia Simmiam maiorem Socrate, Phaedonem minorem dici
 posse, alias, quae nunquam possint contraria simul capessere. Nivem enim
 calidam aut ignem frigidum, dum nix aut ignis est, fieri non posse, si-
 quidem qualitates primae adveniente contrario facessunt et pereunt. Ter-
 40 narius etiam, cum non imparitas sit, sed imparitate participet, nunquam
 fieri posse, ut vel paritas vel par efficiatur. Mox addit non modo in
 contrariis fieri, ut alterutro subeunte permanere alterum non possit, verum
 etiam in iis, quae quamvis non sint ipsa contraria, semper tamen contraria

οὐτ' ἐκείνη ποτ' ἂν θερμὴ οὔτε τοῦτ' ἂν γένοιτο ψυχρόν, χιῶν ἢ πῦρ μένοντα, ἀλλ' ἢ ὑπεκχωρεῖν ἢ ἀπόλλυσθαι προσιόντος τοῦ ἐναντίου. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τριάς οὐ περιττότης οὔσα, ἀλλὰ μετέχουσα περιττότητος οὐκ ἂν ποτε γένοιτ' ἄρτιον ἢ ἀρτιότης. — ταῦτ' οὖν δείξας συμπεραίνει οὐ μόνον τὰ ἐναντία οὐχ ὑπομένειν ἐπιόντα ἀλλήλα, ἀλλὰ καὶ ὅσα οὐκ ὄντα ἀλλήλοις ἐναντία ἔχει ἀεὶ τὰναντία, οὐδὲ ταῦτα δέχεσθαι τὴν ἐναντίαν τῇ ἐν αὐτοῖς οὔσῃ ἰδέαν. εἶναι δὲ γε τοιαῦτα, ἃ ὅτι ἂν κατάσχοι, μὴ μόνον ἀναγκάζει τὴν αὐτῶν ἰδέαν αὐτὸ σχεῖν, ἀλλὰ καὶ μηδ' ἐναντίου αὐτῷ ἀεὶ τινος μετασχεῖν. ἃ γὰρ ἂν ἡ τῶν τριῶν ἰδέα κατάσχη, ἀνάγκη αὐτοῖς οὐ μόνον τρισὶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ περιττοῖς. ἐφ' ἃ οὐδέποτ' ἂν ἔλθοι ἢ ἐναντία τῷ περιττῷ μορφῇ 10
U 68^v ἢ τοῦ ἀρτίου.

10 Ὡς ὡς ἀληθεστάτων ὑποκειμένων ἐπάγει τὴν ψυχὴν οὐ μόνον ὡς ἀπλῶς εἶδος νοεῖσθαι δύνασθαι καὶ ζωὴν ἀπλήν, ᾧ οὐδέποτ' ἂν οὐδαμῇ ἐπέλθοι τούναντίον, μήθ' ὑπεξίστασθαι αὐτῷ δυνατοῦ ὄντος μήθ' ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ κάκεινων εἶναι, ἃ οἷς ἂν ἐπέλθοι, οὐ μόνον τὴν αὐτῶν ἰδέαν ἀνάγκη 15 ἐπιφέρειν, ἀλλὰ μηδ' ἄλλο τι ἐναντίον, βουλόμενος ἐκατέρωθεν εἶτε τις ἀπλοῦν εἶδος αὐτὴν καὶ ζωὴν ἀπλήν ὡς τὰ ἀπλᾶ εἶδη, τὸ αὐτοθερμόν καὶ B 45 τὸ αὐτοψυχρόν, εἶτε οὐσίαν οὐσιωμένην ζωῇ, ὡς τὸ πῦρ θερμότητι οὐσιώ-
ται, τιθεῖτο, ὧν ἑκάτερον ἀληθὲς τὴν ἀθανασίαν αὐτῆς ἀσφαλίσασθαι. εἰ γὰρ ὀρώμεν τὴν ψυχὴν τοῖς σώμασι ζωὴν ἐπιφέρειν, δῆλον ὡς οὐκ ἂν τοῦ- 20 ναντίον αὐτῇ, τὸν θάνατον, οὔτε τοῖς σώμασι, οἷς ἂν ἐπέλθοι, ἐπαγάγοι ποτὲ οὔτε πολλῷ ἤττον αὐτὴ ἐπιδέξαιτο ἢ γε ζωοποιούσα τὰ ἄζωα, ὡς εἶναι αὐτὴν φανερώς ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. ἔστι δὲ γε τοιοῦτος ὁ συλλογισμὸς ὡς ἐν βραχεῖ. ἃ τῶν εἰδῶν αὐτῶν οὕτως ἐχυτά τισιν ἐπιφέρει, ὡς μηδέποτε τὰναντία ἐπιφέρειν, ἀεὶ τοιαῦτά ἐστιν. ἡ δὲ ψυχὴ οὕτως ἐπιφέρει ζωὴν 25 τῷ σώματι, ὡς μηδέποτε αὐτῷ τούναντίον θάνατον ἐπιφέρειν. ἡ ψυχὴ ἄρα ἀεὶ ζωὴ τε ἐστὶ καὶ ἀεὶ ζωῆς, οὐδέποτε θανάτου μετέχει, ὡσπερ καὶ ἡ V 57^v τριάς ἀεὶ περιττοῦ καὶ οὐδέποτε ἀρτίου μετέχει, τῶν ἃ ἂν κατάσχοι οὐ μόνον τριῶν, ἀλλὰ καὶ περιττῶν ἀεὶ ὄντων. καὶ ἄλλως ἡ ψυχὴ, ᾧ ἂν παρῆ, ζωὴν τούτῳ ἐπιφέρει. πᾶν δ' ὃ ἂν τινί τι ἐπιφέρει, ἀδεκτόν ἐστι τοῦ ἐναν- 30 τίου αὐτῷ. ἡ ψυχὴ ἄρα ἀδεκτός ἐστι τοῦ τῇ ζωῇ ἐναντίου. τοῦτο δ' ἐστὶ θάνατος. ἡ ψυχὴ ἄρα ἀθάνατος καὶ ἀνώλεθρος. καὶ πρὸς τούτοις δέ, ἐπεὶ ἡ ψυχὴ τῶν εἰδῶν ἐκείνων δέδεικται οὔσα, ὧν μετοχῇ τᾶλλα τὴν αὐτῶν τούτων ἐπωνυμίαν ἔχει — τῶν δὲ τοιούτων εἰδῶν οὐδὲν οὐδέποτ' ἂν τούναντίου μετάσχοι· τὸ γὰρ μέγεθος οὐκ ἂν ποτε γένοιτο σμικρότης — δῆλον ὡς ἡ 35 ψυχὴ ζωὴ γε οὔσα οὐκ ἂν ποτε θάνατον τὸ ζωῇ ἐναντίον δέξαιτο.

11 Οὔτοι συλλογισμοὶ μὲν εἰσι — καὶ γὰρ μεταξὺ ἀνεμνήσθην, οἷς αὐτὸν U 69 ὁ κατήγορος ἔλεγε μηδὲν ποτε συλλογισμοῦ ἐχόμενον εἶπεῖν — διὰ πλείστων τε καὶ καλλίστων ἀπειργασμένοι λόγων τε καὶ προσυλλογισμῶν καὶ προτά-

1/2 χιῶν — ἐναντίου U^x in marg. B V M Z in textu | 32/36 καὶ πρὸ — δέξαιτο U^x in marg. B V M Z in textu | 37 οὗτος συλλογισμὸς U | ἐστὶ U εἰσι U^x | 39 ἀπειργασμένοι B V]. U^x corr. ex ἀπειργασμένος